

LXXIII.

23

Votivæ Voces  
*Nuptiis auspiciatissimis,*  
Dn. JOHANNIS MICHAELIS,  
Philosophiæ & Medicinæ Doctoris &  
Facultatis Medicæ Assessoris, &c.

SPONSI.

ET

*Virginis Primariæ*  
ANNÆ CHRISTINÆ

Amplissimi & Consultiss. Viri, Dn. MATTHIÆ  
BERLICHII J. U. D. & Practici celeberrimi

FILIÆ SPONSÆ,

*Afautoribus & amicis acclamata*

LIPSIAE

Celebratis solenniter

ANNO MDCXXXII.

Die 17. Januar.

---

Excudebat JOHANNES ALBERTUS MINZELIUS.

*TMS*



Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.


Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.






Bfuit en modicum quod non Phlegetonica  
febris

Ex thalamo te mox truferit in tumulum.  
Gratia sed Christo Domino vitæq; necisq;  
Quod tandem sospes fœdera sacra paras,  
Non vitam modò donavit tibi Sponse JEHOVA,  
Sed tibi & in thalamum Sponsa pudica venit.

E manibus Christi strenam accipe, Sponse, venustam  
Sponsam, commendat quam genus & pietas.

Gratia magna DEI est; porrò adsit gratia vobis  
Dives, ut exultent pignora læta tori.

*Johannes Höpnerus D. Pastor ad  
D. Nicol. p. t. Rector.*



**U**ndiq; grassantur tetri mala semina morbi,  
Atq; novus languor crescit ubiq; loci.

Mors nulli parcit, sed letho frigida reddit  
Corpora tam Juvenum, quam macerata senum.

Hinc Medicos, Medicas Phœbus queis porrigit herbas,  
Quisq; vocat, morbos ut Medicina levet.

Sub Medico tutum quivis se jactat, & ipse  
Spernere non Veneres munera tanta solent.

Sponsa novella fidem nostris sermonibus adfert:  
Testis & est dicti Sponsa novella mei.

Hec morbos fugiens Medicos implorat, & unum  
Ex Medicis Medicum deligit ipsa sibi.

Scilicet illius quo morbum curet, & ipse  
Reddatur roseus, qui fuit ante, color.

Idcirco Medicos qui condis Apolline libros,  
Sponse, nove Sponse redde salutis opus.

Id Venus exposcit, cujus Sponsa audit alumna;  
Ipsa Venus Sobolem sostra datura tibi.



*Sic Te Sponsa novis extollet laudibus, omni  
sponse sanguineo, Sponse, Galenus eris.*

Christophorus Preibifius J. U. D. Professor  
publicus, Sacrae Caesariae Majestatis Aulae  
& Palatii Imperialis Comes.



**E**rgò *satis citò fit, benè sat, JOVA* auspice, quando,  
SPONSE, hodiè festum connubiale paras;  
Nec te pœniteat, nec Sponsam, huc usq; morari,  
Sint longæ quamvis fortè in amore moræ.  
Quàm vellem, coràm vestras quoq; cernere tédas,  
Devota ante aram vota q; ferre Deo!  
Quàm cuperem ipse, suo Medico ceu præfui honori,  
Hoc etiam præsens esse in honore novo!  
Scilicet annorum tot conversatio grata,  
Mutua nosq; Salis junxit amicitia.  
Sed dum fata vetant, fatisq; resistere durum,  
Accipe quod Vobis pectore & ore precor:  
*Eveniant tibi alamo felicia cuncta novello,*  
*Semper & alarum Vos tegat umbra DEI!*

*Ita Amico suo exoptatissimo sincerè povet Dresde*

Johan. Rupertus Sultzberger D. Sereniss. Ele-  
ctori Saxon. à Consiliis Medicis.



**T**Andem, SPONSE, tuum nunc Sponsa petita tot annis  
Invito ingreditur, Marte fremente, torum.  
*Sat citò, si benè sat; Feliciter omnia cedunt*  
*Tempore, qui parvas scit tolerare moras:*  
*Eveniant opto tibi ubivis prospera quæq;*  
*Haftenus ut struxit Mars mala multa ferus,*  
*Aurea PAX redeat, crescat Pietasq; Fidesq;*  
*Usq; domi benè sit, SPONSE, forisq; tibi.*

Georgius Schulz U. J. D.

Eja



**E**ja age plaudendum, gratandum est, atq; precandum;  
JAN-MICHAEL thalami vincula casta subit.

Plaudendum: Quis enim thalami cum festa parantur,  
Non cæto plausu jubila læta canat?

Gratantum: lecti quia fœdere jungitur ipsi,  
Virgo venusta, virens, casta, pudica, pia.

Orandum: thalamus multâ ut sit prole beatus,  
Sit sine lite diu, sit sine nube diu.

Ergo Tibi ac Ego, Vir Medicâ clarissime in Arte,  
Hæc tria do; Plaudo, Gratulor, atq; Precor.

Johannes Heins Phil. & Med. D. Pro-  
fessor Publicus.



**N**Ox erat, & longum simulans invasio somnum,  
Expergiscundi spes ubi nulla Tui.

Multus erat sermo de successore novello,  
Nec successurus spebus inanis erat.

De Pheretro & pullâ meditatio multa: vel ipse  
Predicens quantum decipiebar Ego!

Plurimus at mecum Medicus: Nos fallimur omnes.  
Hoc ipsum est sensus unica summa mei.

Sed rediit, rediit SOL insperatus: & inde  
Expergiscundi copia facta Tui.

Scilicet hæc Fati fuerat sententia justæ,  
Quâ Tibi, quâq; Tuæ restituendus eras.

Quiverat HÆC precibus gemituq; laceffere Divos  
Si fervet, tantum & lacruma pondus habet.


Usg; adeò res salva facit, superaddita fiant  
Gaudia, quæ quovis sunt potiora jugo.

Sed magis in laudes sino festi surgere tanti,  
Ne Tibi suspectus reddar ob invidiam.

HANC venerare TUAM, quoniam veneraris ab ILLA;  
Sed memor ut MEDICÆ solvere sostra queas.

*Utq; in Pace Tibi susceptus depluat, imbris  
Natus, ad instar: id est clausula summa. Vale.*

Johannis Nicolai Thomingii D.



**E**cce certabant Venus atq; Apollo  
Uter optato MICHAELI alumno  
Læta frondenti prior implicaret  
Tempora seruo.

Juppiter lites ut eas sopiret,  
In tribunali residens ita inquit:  
*Tempore est si quis prior, hunc priorem  
jure vocamus.*

Ergò victricem, Venus alma, palmam  
Cynthio cedas: quia penè totum  
Iste possedit juvenem sub ipsò  
Florè juventæ.

Tum Venus ridens: Honor at manebit  
Inde me major, titulis ad auctum  
Cùm brevi Sponsum faciam jugales  
Sumere tædas.

Fallor? an verum Cypris est locuta?  
Immò supremâ MICHAEL recinctus  
Laureâ nuper, modò Sponsus intrat  
Limina templi.

Quamq; suspirans adamavit unam  
BERLICH natam, sibi jam, Jehovahâ  
Teste, consortem thalami sacratò  
Fœdere jungit.

Hînc novem Musæ Charitesq; plaudunt  
Taliter: Felix superes pudicâ  
Cum tuâ Sponsâ, Neonympe, longos  
Nestoris annos!

*Joach. Mechovius Anhalt.  
7. U. D.*


*Cujus*





**C**ujus amore diu, Michaël præclare, teneris,  
Deniq; in amplexus jam venit Anna tuos.  
Jurisconsulto prognata parente virago  
Eximio, Medico nubere prompta tibi est.  
Scilicet haud Jurisconsulti est indiga, cura  
Sed Medici, sibi quem postulat ardor, eget.  
Virginis est morbo medicina parata: decenter  
Hanc adhibe, & Medici sentiet Anna manum.  
Cetera, qua Sponsis alii bona mille precantur,  
Ex imo haec Vobis pectore cuncta precor.

L. Zacharias Schneider Prof. publ. Scholæ  
ad D. Nicolai Rector.



**S**ponso Doctori Doctoris filia nubit,  
Anna Michaëli, sic moderante DEO.  
Non ita Sapphiri sociantur rite pyropis;  
Non ita purpureis lilia cana rosis,  
Moribus, ingenio, virtute, virente juventâ,  
Ambo sunt utrâ religionè pares.  
Sit domui pax; sit socio concordia lecto,  
Tumq; pari præsens gratia dia jugo.  
Plus vel Ulyssè tori sociam colat ipse Johannes,  
Penelopeq; magis diligat Anna Virum.  
In bona multiplices manent hinc publica fructus:  
Grata DEO gignant pignora, grata bonis.

M. Jacobus Andreas Graul S. Ling.  
Professor publ.




**M**irum! conveniunt Neonymphi nomine utroq;  
Anna hæc Christina est; ille Johann Michaël.  
Quis verus Michael? Sponso id Christina revelat  
Nominè Sponsa suo: Quis nisi Christus erit?  
Ast ubi Christus adest, mera adest quoq; Gratia, sicut  
Nomen præcedens Anna Janusq; notat.

Ergo

*Ergo Pax vobis Neonymphi, & Gratia Christi  
Vobis, & vestro, sit maneatq; toro!*

M. VVilhelmus Avianus F. P. A. & R.  
Sch. Th.



**E**St invincibilis Deus invictissimus Heros,  
At precibus calidis vincibilis Deus est.  
Sponsa tua exemplo est, doctissime Sponse, Jehovaham  
Quæ vicit precibus lacrimulisq; suis.  
Quî factum? Exanimem te tum lecto incube Sponse  
Sponsa suis precibus reddidit incolumem.  
O calidas validasq; preces! Nunc vivite Sponsi  
In thalamo junctis incolumes precibus.

*M. Martinus Cramerus S. Theol. Baccal. &  
ad D. Thom. Lipsie Diaconus.*



**D**ic mihi Musa virum Zu Saks qui primus ab urbe  
Peonie laurus summa trophæa tulit.  
Tu Decus hoc, ô Iane, novâ juvenilibus annis  
Tu genus & patriam luce micare facis.  
Sic splendens thalamum ingrederis, subigisq; puellam  
Lipsiacam, cui dos, os, geniusq; favent.  
Fortunate Senex, ergò tua dona manebunt  
Hic Juvenis quicquid possidet atq; potest?  
En tuus est totus, cui tota est Filia, fato,  
Acclamant omnes, copula facta bono.  
At tu Nympharum, Michaëlis, prima corona  
Accipe que tenerâ dat tibi ferta manu.  
Nunc Generum dicit, tibi pondera congerit auri  
Berlichius Phœnix Iuris, & artis apex.  
Nempe lucubrantès hæc premia tanta sequuntur;  
Sic juvat, attritis invigilasse libris!  
Sed tua quid pergo tenui turbare, morari  
Gaudia, Sponse, metro? Claudito Musa melos.

Clau-

*Clausula sit votum hoc: Archangelus adsit ab alto  
Et Michaël seruet Teq; Tuamq; diu.*

*Herman Lonnerus Pastor Zusar.  
ad D. Gerog.*

\*\*\*\*\*

**E**Loquar an fileam? DOCTOR Clarissime JANE  
MICHLIADES animæ portio magna meæ.  
Eloquar an fileam? tutò audet amicus amicum  
Alloqui, ego hoc tenui te quoq; amice metro.  
Nox erat & placidum rutilantia sidera somnum  
Svadebant mea cui membra riganda dabam;  
Admiranda meum turbabant somnia somnum,  
Cum puero Idalio visus adesse mihi,  
Quem vidi insultare tibi, & grave vulnus alenti  
Pectore, ridentem talia verba loqui:  
Ecce novenarum laudanda corona Sororum  
Imposuit capiti laurea ferta tuos;  
Forte Machaoniâ viderunt arte potentes,  
Incluta Doctores LIPSIA quotquot habet;  
Dixerunt tanti merces est parva laboris  
Hic nondum studiis digna brabea tulit.  
Morborum novit dextrè cognoscere causas,  
Et morbis medicas applicuisse manus.  
Inde Machaoniis Pæantibus artibus heros,  
Et medicâ meritò DOCTOR in arce cluet.  
Nunc proprium sana vulnus, nunc pharmaca quære,  
Si qua tuum morbum tollere forte queant?  
Tollere forte queunt flagrantis pectoris æstus  
Ipsius Hippocratis pharmaca mixta manu?  
Si non Hippocrates, Paracelsus sive Galenus,  
Ferneliusve feret sive Senertus opem?  
Talia voce refert, dum sese adjunxit utriq;  
Legitimi præses pronuba Juno thori,  
Et puero dixit: petulans compefce labellum  
Fors posita in nostrâ est certa medela manu.

B

Quid

Quid si per celebri prognata virago parente  
 BERLICHIO sexus pulchra corona sui,  
 Legitimè sociata thoro IANO MICHAELIS  
 Doctori auxilium suppeditare queat?  
 Dixit, & evigilo, miror sic somnia noctu  
 Ludere vel potius reddere visa die.  
 Te audieram summo mentis conamine honoris  
 Montem scandisse & jam tetigisse jugum;  
 Insuper & vinclo tibi jungere velle jugali,  
 Dicere cui possis tu mihi sola places.  
 Hæc hilari de te dum versor mente benignis  
 Noctis imaginibus materiam ipse dedi.  
 Somnia quid memoro! vestris adventat ab oris  
 Nuncius & famæ somnia nixa probat.  
 Pristinæ amicitix mne me gratissima ferre  
 Jussit gratanti hæc pectore vota tibi:  
 Maçte tuâ virtute, tuoq; fruaris honore,  
 Natura, ars, usus, quo tria te cumulant.  
 Perpetuum decus hinc tibi surgat, gloria crescat,  
 Fulgeat & clarum nomen in orbe tuum.  
 Et qui principio fœcundi fœdera nexus  
 Instituit, seruet teq; tuamq; DEUS,  
 Omnigenisq; bonis cumulet, vestrosq; penates  
 Latâ ac optatâ prosperitate beet,  
 Et concedat; amor dubiâ ne sorte labascet,  
 Ne dominetur Eris sed dominetur Eros,  
 Et vitæ tandem cursu cum laude peracto  
 Vos & nos omnes cœlicâ in arce locet.

*M. Johannes Andrea Past. ad D.*

*Mar. Zusat. in pratis.*



**C**Lare vir ingenio, Michaelis lumine lumens,  
 Et Susatini stella corusca soli,  
 Splendida post celsi dum insignia Doctoratus,  
 Nunc quoq; sperati munus amoris habes;

*Munus*

*Munus isyriaspæas quod gemmas vincit & aurum,  
Et quascunq; sibi poscit Iberus opes.  
Gratulor ex imo tibi honorem, grator amorem  
Pectore, eat felix munus utrumq; tibi.  
Culmen Apollinea te ditet & augeat artis,  
Dulcis amor sobolis gaudia multa ferat.*

M. Bertramus Schwarze Susar.  
Past. Lonæ.



*Ton espouse toute bonne.*


**G**Allitrichum, Neonymphe, Tibi benè plantula notæ,  
Dicitur à multis quæ bona tota Viris.  
Annula jam Christina Tibi manet omine talis,  
Quæ bona tota toro gaudia fausta ferat.  
Hæc Neonympha Tibi clarissima laude cluebit,  
Quæ CHRISTO servit, perplacet inde Deo.  
Perplaceat CHRISTO, sic Filia grata Parenti,  
Quæ Matri referat gérmina grata pié.  
Sponsa toro referat gratissima jugè per ævum,  
Quæ sic Grossi adum stemma sub astra vehant.  
Unio sit cordi ipsa Tuo, bona robora præstans,  
Sic Sponsæ PATRIS nomen in omen eat.  
Margaris hæcce PATRIS bona tota benè integret ipsa  
Te Sponsum, hinc Panaces prospera Sostra ferat.  
Margaris hæc bona tota bonis accomoda cunctis,  
Cujus nunc Virtus clarificanda Tibi.  
Pragmatices faustus dextrâ, quam JOVA beabit,  
Inde bonus totus Praxi subinde, cluas.  
Planta toro bona tota Tibi, sic intus & extrâ  
Jugè bonus Sponsæ, gratus ubiq; cluis.  
Gallitrichum, bona Matrisylva virescat in urbe,  
Tota Virago Tibi frondibus auricomis.

B 2

Fron-

Frondeb; auricomis Tibi florida laude virescant  
Sole nitente, Tibi non viduatur honos!

*M. Andreas Ehrlich Mitvveidensis.*




I.

**I**nventum Medicina DEI; pia Sponsaq; donum  
Ejus; quis hominum vita carere nequit.  
Utrumq; en! Tibi commissum, Clarissime sponse;  
Hinc non immerito gratulor hisce Tibi;  
Vive diu, possis ut multorumq; saluti  
Esse salus, Coeli Te juvet alma Salus!  
Vive diu casta cum casta, & munere JOVE  
Ex hoc obtingant munera plura Tibi!

2.

Cum Sponsi & Sponsae sint nomina grata, precemur,  
Omen ut in nomen, nomen in omen c. t.

*M. Ericus Pelshofer Graec. Styrius.*



**S**nd dennoch konte dir die grimme Sichel binden /  
Du durrer Lebensfeind/eins kleinen Kindes Macht!  
Vnd dennoch konte dich Gott Amor vberwinden/  
Der du den Arzt schon selbst auff deine Bahn gebracht!  
Das kan Amor, du must weichen  
Wo er seine Kraeffte braucht:  
Wenn gleich ich schon verbleichen  
Die dein Athem angehaucht /  
Wenn sich schon die Fuesse strecken  
Kan ein Kuß vom Todt erwecken.  
Nun ich/ Herr Breutigam/ empfinde blilich Freude  
Daf euch die Venus vnd Cupido so geneigt /  
Die Euch durch ihre Gunst auff dieser Wege-scheide/  
Die Bahne zu der Braut vnd ihren Armen zeigt.

Drumb

Drumb gebrauchet wol der Gaben  
Die der Himmel euch vergünne/  
Lasse das Herze sich erlaben  
So von Lieben ist erkündet/  
Hier ist Amor der Euch nützet/  
Der Euch für dem Tode schützet.

M. Sigismund Lebkeller.



TROPHÆUM VENERIS.

JOHANNES MICHAELIS, MEDICINÆ LICENTIATUS

ἀναγγραφή: addito V.

HEI TACE: JUVI. ENHINC MOLLIS MEDICINA TE SANANS.

Cupido exultans in Veneris templo.

**D**icite: Iò Pœan! & Iò bis dicite Pœan!  
Decidit in Casses præda petita meas.

Sponsus telo Cupidinis faucius.

Me miserum! quantus cruciat præcordia mœror!

Me miserum! quantus conficit ossa dolor;

Tristia quis læsi depellere Vulnera cordis

Et medicis manibus damna levare potest?

Hæc agite, ô Patres, Podaliri, Celse, Galene,

Huc tu cum dio Coe nepote Jovis.

Huc quotcunq; Artem medisam calletis, adeste,

Sanate hæc Cordis Vulnera dira mei.

Hei! quid cessatis? quæ stat sententia menti?

Cur vestra insolitus transit in ora rubor?

Anne mihi quòd non succurrere noritis egro?

Qui cluitis Medici gloria summa Chori.

GALENUS.

Accipe, quæ teneat nostram Sententia mentem

Nota fiet quamvis, dulcis Alumne, tibi.

Non sanare sumus medicandi ab Apolline docti

Arte, Cupidineâ Vulnera facta manu.

B 3

Sponz



Sponsus p̄terrefactus.

Hei quid narratis? que Vox defertur ad Aures?  
Reliqua sic mihi Spes nulla salutis erit?  
Hei mihi! quo Fortuna loco? quis Casus agit res?  
Sæpè Ego patronus nunc Cupio esse cliens.

Usq̄ adeò verum fecere Cupidinis Arcus  
NON SUAMET MEDICUS DAMNA LEVARE POTEST.  
Quid faciam? mediâ Navem Palinurus in unda  
Deserit: Ignotas cogor inire vias.

Venus manu trahens Cupidinem, miserata ægri per-  
contatur causam morbi.

Proh! quantos luctus? quas voces audio? multo  
Quis gemitu hic mistos intonat Ore modos;  
Fare age, cur miser es, qui nunquam fundere luctus  
Cessas, & querulos ingeminare modos?

Sponsus aperit Morbum ejusq̄ Causam.

Ille mea ignitis transfixit pectora telis  
Qui tibi nunc adstat splendidus ora puer.  
Ut Cor ardenti sit longè ardentius Æthna  
Claram BERLICHII progeniem peramans?  
Hinc dolor: Hinc luctus: nunc si via nota medendi  
Huic Morbo tibi sit, detege prompta mihi.

VENUS.

HEI modò tute TACE & tristes deponito luctus  
Ipsa ego jam JUVI, ceu tua vota volunt.  
Afferat ipse licet cunctas Epidaurius herbas  
Sanabit nullâ Vulnera Cordis ope;  
Te puer hic idem sanat, qui vulnera fecit,  
Spiculum idem Cordi vulnus, opemq̄ feret.  
Hoc nati telo jam saucia languet Amore  
Ipsa eadem proles Berlichiana tui.  
EN JUVI: EN opus hoc vestrà præstantius arte  
HIC MOLLIS SANANS TE MEDICINA probè.  
Eja age nunc querulas voces modò mitte sonare,  
Ex dulci natus cesset Amore dolor.

Eja



*Eja age nunc resonent vocesq; manusq; triumphos;  
Huc age, jacta hilari pectora fronte. Viden?*

*Sponsus ad Junonem & Palladem Sponsam in medicam  
ducentes sic inquit.*

*Hei mihi! quam Video huc ad me properare puellam?*

*An vaga ludibrio somnia pectus agunt?*

*Quid? certè video clarâ comitata cateruâ*

*Nympharum rectâ me petit illa Venus!*

*Quid? ducitne ipsam cum Pallade pronuba Juno?*

*Quae sociis semper praesidet alma thoris.*

*Junno cum comitatu accedens.*

*O Juvenis salve, magnum Patria Ornamentum.*

*Salve iterum Medici gloria sacra Chori.*

*Quam non pœonia potis es nunc Arte parare,*

*Ducitur en morbijam Medicina tui.*

*Quid dubitas? age nunc accede, Hac utere: morbum.*

*Mox tristem dices desperiisse tuum.*

*Conjugio hancce tibi jungam propriamq; dicabo.*

*Omnis ut Affectus sit Medicina tibi.*

*S P O N S U S,*

*Quàm benè jam valeo! subeunt quot gaudia mentem!*

*Quàm subito rediit languida ad ossa vigor!*

*Nomen erit vestrum mihi magnum perq; celebre,*

*Dum memor ipse mei, & spiritus ossa regit.*

*JUNO ad Musarum Chorum.*

*Vestrum est Aonides Hymeneum dicere Carmen.*

*Omniaq; his nuptis leta vovete novis.*

*CHORUS MUSARUM.*

*Palma per astatem rigidis ut floret in hortis;*

*Sic vigeat Sponsi tempora cuncta thorus.*

*Sit sine lite domus, sed non sine prole: beata*

*Pax adsit; fugiat tristis Erynnis eâ.*

*Sponsa*

*Sponsa fiet Sponso medicamen dulce malorum.  
Ut superet Pylios Nestoriosq; dies.  
Sponsaq; devincat longevâ etate Sybillas,  
Et stabilem turbet nulla querela torum.  
Ut, quae protulimus, tu faxis IOVA, polorum  
Sydera qui torques, haec rata vota fient.*

*Iohannes Marcus VVolgast. Pomer.  
Medic. Cand.*



*Ad Sponsum.*

**N**ubis, & optatâ frueris cum sorte Puellâ,  
Sudaq; conjugii tempora lætus agis.  
**F**ausa precaturæ latum strepit ordo catervæ,  
Cernis & in plausus quemlibet ire tuos.  
**J**ungo meum, sed jungo meum sine Compare votum,  
Compare, quô mage par pôst mihi nullus erit.  
**F**ortè pares eritis, si nos in amore præimus,  
O nobis numquam disparitate pares.

*Paulus Flemmingius P.L.C.*



*ANAGRAMMATISMI ONOMANTICI.*

*I.*

*JOHANNES MICHAELIS DOCTOR.*

*Anagram.*

*OH A CHRISTO SINE OMNI CLADE.*

*ODE TRICOLOS TRISTROPHOS.*

*[Absq; Elision:]*

**I**mminet optato Suboles-Hyperionis igne  
Par Corculorum nobile

*Quo sociabit Hymen;*

*O prima Lux salve, MICHAEL quâ DOCTOR ad ANNAM*

*CHRISTINULAM BERLICHIAM*

*is properante gradu.*

*Hortas*

*H*ortatrix adsit fidi Cytheræa caloris,

*Campi*q; *lychnus* astrici

*HESPERUS* adsit ovans:

*A*rgutos sat agant ut multiplicare lepores

*Lusus*q; *NUPTI* vinnulos,

*Nunc* agè, *COME*, veni:

*Nunc* agè, *COME*, veni; *Nocturna* *diurna*q; firmes

*Tandem* jugatis gaudia,

*Insinues*q; *jocos*.

*Nunc* gerras dulces, quas ferre *LUBENTIA* *Nuptis*

*Lubentiores* nesciat,

*Gignat* *AMORIS* agon.

*E*xesto *MAVORS*: *Non* tædas inter *ENYO*

*Turbas* det, antè quas dedit

*TYLLIUS* in *TILIIS*.

*S*is, *NEONTMPHE*, mali catus ut *vespillo* prioris,

*Quod* *ANNULAM* *CHRISTINULAM*

*Terruit*, *osclapares*.

*M*ireris, vel *rimeris* bona cognita necdum;

*Non-visa* *vise* *blandula*

*Atria* *Cyprigina*.

*I*ucundum *SPONSI* quoq; *Tu* sis, *SPONSA*, *levamen*;

*Tu* *suaviis* hunc *suavibus*

*Perge* *beare* *tuis*.

*C*ùm *tegit* *humectâ* *nox* *cyclade* *fuscula* *terras*,

*Vos* *inter* *ejâ* *ludite*,

*Ludite* *Poliferi*.

*H*oc *fieri* *svadet* *NODI* *lex* *sancta* *JUGALIS*,

*Ut* *nempè* *ludat* *postmodum*

*Turba* *tenella* *domi*.

C

Accum-

*A*ccumbat nunquam LIS & DISCORDIA Lecto,

*BELLONA* nec vos amplius

*Durior* examinet!

*E*xpediat Vobis felici stamina fuso,

*Totamq;* Phryxi sic ovem

*PARCA* necat melior.

*L*ux micet, A CHRISTO, SINE CLADE serenior OMNI;

*OH,* nulla CRUX Vos asperet!

*Qui* potiora precer?

2.

JOANNES MICHAELIS DOCTOR.

Anagram:

votivè.

MELIORI HOC DITESCAS ANNO!

*S*vavius hoc Anno quid, quo Tibi jungitur ANNA-  
CHRISTINA, Virgo splendida?

O HOC DITESCAS MELIORI faustiter ANNO;

*Obstet* tuis nil nisi tuis.

*ANN*ELLAM Tibi sic ANNO, NEONYMPHE, futuro  
Vel JANULUM ferat ANNULA.

3.

JOANNES MICHAEL DOCTOR,

Anagram:

IS HOMO IN CANDORE CALET.

*J*OHANNES MICHAEL, DOCTOR Clarissimus, ANNÆ-  
CHRISTINÆ potuit sic nē favore frui?

*Quis* dubitet? CANDORE CALET constanter IN omni,

*Quin* usu mutæ fulget IS artis HOMO.

ANNA

## ANNA CHRISTINA BERLICHIA.

Anagram. in versu dactylico Trimetro  
Catalecto in Disyllabum.

CHARA IBI CLARET IN ANNIS.

ANACREONTICUM,

quo alluditur ad Nomina SPONSÆ.

Arcetur Ethnicarum  
Nunc Triga GRATIARUM.  
Nil illa GRATIARUM.  
Ad nos TRIAS. Coletur  
CHARIS novella dignè  
His Nuptiis novellis,  
Rex quam Poli JOHANNI  
Indulget, erudito  
SANANTIS Optioni  
TRIBUS, Machaoniq;  
In LIPSIAE theatris

Notissimo. Quid autem  
Ad hæc APOLLO & VIRGO  
BERLICHIANA, dicit,  
Erit medens medenti  
Redrixq; Pharmacorum,  
Luemq; pellet illam.  
In HEPATIS furentem  
Calidissimi tabernâ.  
Hinc CHARA CLARET ANNA  
Ibi consequis IN ANNIS,  
Nomenq; CHRISTIANÆ  
Nunc GRATIÆ meretur.

## VOTUM ETEOLOGICUM.

BERLICHIAE IANVS MICHAELIS IVNGITVR ANNE-  
CHRISTINÆ: HIS SPONSIS CELSA SIT, OPTO, SALVS.

à gratulabundo.

Johanne Lehnmanno Sckonst. Sax.  
Justi Lucebunt Sicut Stella.

\*\*\*\*\*

PERla parata tibi est, specimen Virtutis, & omnes  
In se complectens gemma decoris opes.  
Hanc vigilanter habe, Michaël, merx tanta meretur,  
Ut studio niteat ritè polita tuo.  
Si Perlam jungas, quæ te manet altera cælo,  
Et meritò est fluxis anteferenda bonis:


O te felicem / qui Perlam nactus utramq;  
Dives es ante homines, ditior ante Deum.

*Stephanus Colerus Schola Thomana Collega.*




Quid Doctor Neonymphe feram tibi, quidq; vovebo?  
Cui nil Naturæ melior Deus ipse negavit,  
Cui non res animi Fortunæ & Corporis absunt,  
Cui Phœbus tribuit studii septemplicis artes,  
Hippocratis mediis qui pollet, & Arte Galeni.  
Deerat adhuc unum, Fortuna quod obtulit ultrò  
Sed quidnam hoc? Uxor, quæ contigit, ergo vovebo  
Ut compos voti Neonymphus fiat uterq;.

*Hermannus Sibelius Susatensis VVestphalus.*



Hætenus es, Doctor, vigili complexus amore  
Galenauratos Hippocratisq; libros,  
Atq; potestates herbarum, usumq; medendi  
Ex his nôsse, tua hæc cura laborq; fuit.  
Hinc tibi nunc Divæ meritis pro talibus almæ  
Juno, Minerva, Themis, Vesta, Diana, Venus,  
In thalamum Sponsam ducunt, hæc Cura quietas.  
Sollicitat, Medico sit panacea suo  
Ergo fœlices in plurima vivite secla  
Floreat & Vestrum stemma decusq; pium.

*Gossvinus Mollerus Susatensis VVestph.*



Jannis Adest Nutu Neonymphi En Summa die I  
Ad thalamum postquam pergit sibi nymphæ pudicæ.  
Nunc ridet Venus atq; puer nunc gaudet & Hymen  
Nympharumq; chorus Non cessat muneribus Pan  
Ergo Ceres, Liber, reddunt sua dona benignæ,  
Sis felix vivas cum Sponsa ad Nestoris anno S,  
Sic genVs ex Vestra provenietq; Ve DoMo.

*Fridericus Christophorus Lauterbach  
Stathagensis.*

F N I S.



Cl 1926

ULB Halle 3  
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich  
Buchbindereimeritor  
Merseburg a. S.

1017









73

es  
*simis,*  
**MICHAE-**  
 icinæ Doctoris &  
 efforis, &c.

*aria*  
**KRISTINÆ**  
 iri, Dn. MATTHIÆ  
 ici celeberrimi  
 Æ,  
*acclamate*

niter  
 XXXII.  
 r.

STUS MINZELIUS.